



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

4. Considerationes de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

6. Alias loci; temporis & personarum circumstantias.

7. Considerate exinde quis poterit fructum, quem ex ipsis percipere debeat, simulques ad illum amplectendum resolvet.

4. *Considerationes de sanctissimo Euchristia Sacramento.*

I. **C**onsiderabis historiam, ac seriem Institutionis illius.

2. Causas istius institutionis. Illud etenim Salvator noster instituit. 1. Ut esset nobis sanctissimæ passionis suæ rememorativum. 2. Ut suum erga nos testaretur amorem. 3. Ut nobis esset sacrificium. 4. Ut esset pignus æternæ gloriæ. 5. Ut esset animarum nostrarum cibus &c.

3. Miracula, quæ in ipso reperiuntur. 1. Quod panis & vinum esse desinat eodem, quo sacerdos verba consecrationis protulerit momento. 2. Corpus Christi Domini, quod in cœlo habet debitam extensionem, hic est quasi contractum ad quantitatem exiguae hostiæ. 3. Ipsum non dividitur, et si hostia frangatur. 4. Eodem tempore in pluribus Ecclesiis diversisque reperitur altari bus. 5. Quilbet ipsum manducat, neque tamen diminuitur. Atque omnia hæc miracula non operatur, nisi ut miseram invisat animam, quo satis monstrat, quantum amet, quantique faciat salutem nostram, pro qua tanta operatur.

4. Effectus, quos divinum hocce sacramentum producit. Quia 1. ultra gratiam sanctificantem quam confert. 2. Replet consolatione cœlesti omnes illos, qui ipsum deo-  
tè recipiunt. 3. Loquens nobis ad cor, illumi-  
nat intellectum nostrum lumine suarum cœ-  
lestium veritatum. 4. Voluntatem nostram  
animat & excitat. 5. Et quasi ex superabun-  
danti gratia ipsis corporibus nostris puritatem  
omnino confert singularem.

5. Considerare etiam poteris & expendere Antiphonas, hymnos, psalmos, versus, aut sententias, quæ hocce Augustissimum Sacra-  
mentum tangunt, idque eo modo, qui inferius exponetur.

6. Pro sacra communione etiam considerare poteris, quis sit, qui venit. 2. ad quem.  
3. quare. 4. quomodo veniat. Omnes etenim considerationes istæ excitabunt te, ut illum  
expeches cum desiderio. 2. ut illum recipias  
cum puritate, humilitate, reverentia, ac magno  
charitaris affectu. 3. ut hæmiles ei reddas a-  
ctiones gratiarum, omninoque statuas im-  
postorum nihil admittere in conscientia tua, quod  
illam possit inquinare, aut tantum hospitem  
tuum ullatenus offendere.

5. *Methodus meditandi vitam, & vir-  
tutes B. V. Mariae.*

4. **M**editari poteris vitam *Beatissima Vir-  
ginis Mariae*, sicut vitam Christi Do-  
mini Salvatoris nostri, argumentum tuarum  
meditationum desumendo ex omnibus illius  
festivitatibus, quas toto anni circulo peragere  
solent